Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sum: in domino sperans non infirmabor. Proba me domine
et tempta me: ure renes meos et cor meum. Quoniam
misericordia tua ante oculos meos est: et complacui in veritate tua.
Non sedi cum concilio vanitatis: et cum iniqua gerentibus non introibo. Odivi ecclesiam malignantium:
et cum impiis non sedebo. Lavabo inter innocentes
manus meas: et circumdabo altare tuum domine. Ut
audiam vocem laudis tue: ut enarrem universa
mirabilia tua. Domine dilexi decorem domus tue: et lo
cum habitationis gloriae tue. Ne perdas cum impiis deus aiam
meam: et cum viris sanguinum vitam meam. In
quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem innocentia mea ingres
sus sum: redime me et miserere mei. Pes enim meus
stetit in directo in ecclesiis benedicam te domine. Fer
Sed. Prv. Venite exultemus domino. Ps. Venite

Dominus illuminatio mea: et salus mea quem
timebo. Dominus protector vite mee
a quo trepidabo. Dum appropiant super
me nocentes: ut edant carnes
meas. Qui tribulant me inimici
mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt.
Si consistant adversum me castra: non timebit cor
meum. Si exurgat adversum me prelium: in hoc ego
sperabo. Unam petii a domino hanc requiram: ut inhabi
tem in domo domini omnibus diebus vite mee. Ut videam
voluntatem domini: et visitem templum eius. Quoniam ab
scondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit
me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltavit
me: et nunc exaltavit caput meum super